

Anselmus monasterium S. Salvatoris construxit. Ita refert Vita S. Anselmi, SS. Lang. p. 567. 213

Oct. In curte ducali ad Varianum. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Fulcoaldo 'curticellam unam ad S. Vitum prope fluvio Farfe loco ubi nominatur Vitianus' cum colonis et ibidem, et in Montaniano, in Tauriano, in Negotiano etc., quos singulos nominat, habitantibus. 'Anno ducatus VI, ind. IV, sub Immone gastaldio'. Reg. Farf. 33; Galletti, Vestarario p. 84; Fatteschi p. 263 no. 9; Troya 637. 214

Nov. In palatio Spoletano. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) servum 'Sindulum cum uxore et filiis et portiuncula sua unde piscationem facere visus est in loco qui nominatur Septepontius. Anno ducatus VI, . . ind. IV, sub Immone gastaldio nostro'. Reg. Farf. 21; Galletti, Chiese di Rieti p. 105 n.; Troya 638. 215

Nov. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat 'per rogum Schaunipergae coniugis' monasterio S. Stephani in Strada sub Rimecauso abbate constituto silvam 'cum terra vacua, quae fuit de actu Rotuli gastaldii'. 'Act. . . per ind. IV'. (Assemani II, 582: ind. I). Reg. S. Soph. Ben. II, 19; Ughelli X, 454; Troya 639. 216

Nov. Luca ad ecclesia S. Agathe. Petronacius qui et Flavipert presbyter donat ecclesiae S. Agathae in suo territorio ab ipso fundatae quasdam res. Decernit, ut post obitum suum ab eadem ecclesia alimonia pauperibus praebeantur, peregrini suscipiantur, quotidie missa pro ipsius animae salute celebretur, deinde ut ipso mortuo Aripert frater eidem ecclesiae praesit, aliaque constituit. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 79 no. 43; Troya 640. 217

Dec. In Spoleto in palatio. Lupo dux (Spoletinus) cum iudicibus suis, 'id est Gademario, Arechis diac., Perto stol., Allone sculd., Camerino gastaldo de Valva, Immo de Reate gastaldo' iudicatum facit inter Claudianum presbyterum et monachum et fratres eius de monasterio S. Mariae et Michaelis archangeli in Terentiano, quod Claudianus monasterio S. Mariae (Farfensi) donaverat, fratres sibi vindicabant. Ille causam obtinet. Reg. Farf. 30; Mabillon, Iter Ital. I, 2, 52; Id., Ann. Bened. II, 154: l. XXII, 58; Muratori, SS. II, 2, 341; Troya 641. 218

742—751.

— — Gisolphus II. dux (Beneventanus) per praeceptum servos tres monasterii S. Benedicti Beneventani rogante Zacharia abbate liberos constituit. Ita traditur in iudicato Arichis II. ducis Benev. a. 762, Aug.; v. infra. 219